



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Aphorismi Confessariorvm Ex Doctorvm sententijs collecti**

**Sá, Manuel de**

**Coloniae, 1610**

Venditio

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41645**

alicuius priorum obligat ad restitutionē.  
*Conar. l. c. nu. 13.*

Quousq; Principes venationem alijs interdicerē, & sibi reseruare possint, docet *Mol. d. 46*

*Venditio, vide Emptio, Officio.*

1. **C**um quis pro empta re plus iusto dat, sine vi, metu, aut errore præsumitur donare.

\*De hac re *D. Tho. 2. 2. q. 77. Caiet. 16. Sor. lib. 6. q. 2. Val. t. 3. d. 5. q. 20. Lopez l. 1. de contract. Garzias de contract. à c. 13. Mol. à dist. 367. copiosissime, & alibi.*

2. Doctiores licitè vendunt carius operam.

3. Potest quis rem vendere carius, quia tantum sibi valet ob vtilitatem quam inde capit: item ob periculum non recuperandi pretiū.

\**Nau. c. 23. nu. 78. D. Th. q. 77. art. 1. Scot. 4. d. 15. q. 2. vide Mol. d. 348. Indulgentia autem emptoris non auget pretium rei. Mol. d. 351. n. 2.*

4. Cum venditur res quotidie fructificans vt domus, aut ager, si nihil est expressè conuentum, fructus vsque ad tempus rei traditæ sunt venditoris, reliqui emptoris: at in alijs, vt vinea, oliueto, omnes fructus nondum collecti, sunt emptoris: itemque pensio, quam pro ijs alius fortè soluit, vt qui conduxit.

5. Illicitum est priuilegium, vt quis vendat cum populi damno: secus si detur ex causa iusta, non grauatis emptoribus.

Cc 5

\*Resp.

\*Resp. ad bonum publicum statuere potest, ut vnus tantum aliquid vendat. *Sylu. Emptio. q. 18.*

6 Donatum à fure bona fide vendens, tenetur pretium dare Domino rei, quia in eo factus est locupletior.

7 Vendere rem expectata pecunia maiori pretio quam valeat numerata in eodem venditionis genere per se, & simpliciter est illicitum, & vltra palliata. *c. ad nostram. de emptio. ne, & ex communi Doctor. sententia. D. Tho. 2. 2. q. 78. artic. 5. ad 7. Conrad. q. 79. Sot. l. 6. q. 4. art. 1. Nauar. c. 23. nu. 81. Tol. tract. pecc. mort. c. 10. Mol. disp. 355. & 357. Summistæ verb. Emptio. Veruntamen merces, quæ solet frequentius vendi pecunia credita, quam numerata, vt lana, aromata, & similia, vendi possunt pluris expectata pecunia, quam vendantur numerata etiam vltra rigorosum, quia in eo venditionis genere ex communiore eumentium & vendentium vsu, & estimatione, illud fit iustum pretium. Ita Sot. l. 6. q. 4. art. 1. Sali. in Auth. Ad hæc q. 9. & 11. C. de vsur. Dec. Conf. 11. Coua. varia. resol. c. 3. nu. 6. Boninsegn. tract. de vendi. ad tempus. Mol. disp. 357. tribuit etiam *Victoria*, & *Collegio Sorbonico*, & etiam plerique recentioris sequuntur, & est in vsu.*

\*De cariori pretio ob expectatam pecuniam. *Sot. l. 6. q. 4. art. 1. 2. Mol. disp. 356. P. N. l. 3. c. 2. num. 98.*

8 Iustum pretium venditi sub-hasta, scilicet plus danti, quidam purant quod non recedit a dimidio iusti, in plus, aut minus.

\* *Mol. d. 349. nu. 11. Vide Garziam c. 21.*

9 Quod aurifices quam vocant ligam, simul cum argento ponderant, & pro argento vendunt, non videtur condemnandum, modo multam non addant in fraudem.

\* *Vide Cord. q. 80. Lopez p. 2. c. 42.*

10 Omnes vendentes etiam Clerici, tenentur ad pretium legitime taxatum.

\* *Si a lege iusta taxatum fuit. Mol. d. 347.*

11 Si pluris vendidisti quam rei dominus constituerat, teneris ei totum reddere, nisi tacite donauerit, vel opera tua illud quod amplius est meruerit, vel industria partum sit.

\* *Vide Coron. p. 2. c. 8. num. 21. Mol. d. 363. num. 1.*

*Gab. 4. d. 15. q. 11. art. 3. Syl. vers. empt. q. 25. Nau. c. 23. nu. 97.*

Partum sit, vel ex pacto inito debeat. *Mol. l. c.*

12 Vendens agrum, etiam si tradat emptori, potest recipere fructum pro rata nondum soluti pretij si inter contrahentes ab initio ita conuentum est; reseruante sibi venditore fructus pro rata.

\* *Conar. 3. var. resol. c. 4. Ang. empt. num. 5. Mol. d. 368. n. 9.*

At contraria opinio placet *P. N. l. 3. c. 2. à nu.*

148. *Garzie c. 23. Lopez l. 1. de cotu. c. 36. ad primū.* qui Syl. secuti usura 2. n. 11. Couarruiam carpunt: cuius opinio nemini Theologorum probata

bata à multis Iurisperitis explosa est.

13 Vendere se quis potest, etiam vxore inuita, ob grandem necessitatem.

\*Homo est suæ libertatis Dominus B. Paulinus se ipsum seruum exhibuit, vt viduæ filium libertate donaret. *Mol. d. 32. vide Garz. c. 17. Salon q. 3. art. 1. de dominio. col. penul.*

14 Cum non est taxatum pretium rebus ad vitam non necessarijs, vt aureis, aut argenteis, aut margaritis, & rebus eiusmodi; potest accipi, quantum emens sciens, & prudens dat.

\**Vide Mol. d. 348.*

15 In venditione, quæ vulgò dicitur, *Lotto*, cum scilicet multa venduntur innumeris qui syngraphas dant cum paruo pretio, non possunt res omnes pluris vendi quam valent ipsæ, & opera ministrorum quibus soluendum.

*Vide Lopez l. 2. c. 23. l. c. Mol. d. 509. Garziam cap. 44.*

16 In pacto de dando pretio corrente aliquo die, si varietur, dabitur medium: si autem corrente septimana aut mense, dabitur diutius durans.

\**Vide Nau. c. 17. n. 239.*

17 Venditorum per præconem, vel proxenetam, pretium est, quod reperitur absque fraude, & proxenetæ negligentia.

\**Vide Mol. d. 348. Io. B. Cor. q. 158.*

Non potest tamen vendi infra dimidium iusti pretij, *Mol. d. 349. nu. 11.*

De.

De venditione sub hasta *Sot. l. 6. q. 2. art. 3.*  
*p. Arra. 2. 2. q. 76. art. 1. Garz. c. 21. Carbo de rest. t.*  
*4. Mol. l. c.*

18 Non licet carius vendere hospitibus, quā indigenis.

\* *Nau. l. 3. conf. 9. de censib. Mol. d. 346.*

19 Illicitum videtur quibusdam vendere ius hospitandi, cum privilegio, ne alij hospiten-  
 tur. \* *Nau. l. c.*

20 Quod parum est, censentur emptor, & venditor condonare inuicem.

21 Si vendis pro decē, quod creditur valiturum solum quinque quando trades, etiam si illo tempore valeat quindecim, teneris, secundum quosdam, restituere quinque.

22 Non tenetur vendens prodere defectum rei manifestum, etiam si emptor non aduertat; nec occultum, unde nullū emptori damnum accidit: nec tunc perniciosum est quærenti emptori mentiri: tenetur autem, si res est inutilis ad id quod ille vult, id monere. Vide *D. Thom. quodl. 2. art. 10. & limitationem apud Sot. l. 10. de Iustit. q. 3. artic. 2. Armil. vers. Empt. nu. 17. Nauar. c. 23. nu. 89.*

\* Non tenetur *D. Thom. 2. 2. q. 77. art. 2. ad 3. Sot. l. 6. q. 3. art. 2. Nau. c. 23. num. 89.*

Nec occultū si emptor nullum damnum patiat in pretio, & usu rei, *Sot. l. cit. concl. 4.*

De hac re vide *Garziam ca. 14. Contra. de cont. q. 34. P. N. l. c. 6. 2. nu. 29. Mol. dis. 353. Lopez l. 1. a. 6. 45.*

C c 7

Mentis

Mentiri venditorem interrogatum teneri occulta vitia detegere, & mentiri perniciosè, si eam veritatem negent, qua cognita non emisset emptor, nullum præterea esse contractum, & in re graui m. pec. esse docet *Mol. l. c.* vide quæ de hac re scribit *Lopez l. c. c. 47.*

23 Dabitans rem esse furtiuam, debet id emptori indicare: quòd si sciens rem perituram emptori tacuit, tenetur.

24 Vendere rem qua quis potest benè uti, etiam si credas postea malè vsurum, non est mortale, vt arma tempore belli iniussi, vel cenam die ieiunij, modò non credas illū emere ad nocendum alteri vel sibi corporaliter.

\* *Vide Syl. Ars nu. 5. D. Thom. 2. 2. q. 69. art. 2. ad 4. & idem dic de artifice Med. Instruct. lib. 1. §. 25. c. 14. in fine, Nau. c. 20. num. 16. Lopez l. c. 8. de contract. & p. 1. c. 59.*

Ea autem, quibus homines peccant, vt suat idola, non licet efficere, *Med. D. Thom. l. c. vide Nau. consi. 1. de Iud. & Sarac. lib. 5.*

Arma? *Vide Nau. c. 23. num. 90. & consi. 3 loco cit.*

Cœnam? Alij aiunt, alij negant, vide *Azor. l. 7. c. 31. q. 13. Lopez l. cit.* putat ministrari posse cœnam illi, qui iam ad frangendum ieiuniū paratus est.

25 Agrum, aut domum loci sacri constructioni necessariã, aut amplificationi, vel vtili, paruo domini detrimento, potest Iudex cogere.

cogere vendi: quod si non est necessaria, sed utilis tantum, potest cogere Princeps: potest item cum expedit aliquid ad bonum publicum emi. \*Vide Mol. d. 34 l. nu. 4.

26 Venditum perit venditori ante degustationem necessariam, aut mensurationem: itēque si est in mora, aut culpa, aut causa interitus: alioqui perit emptori, etiam si non sit tradita. \*Vide Syl. emptio num. 2.

27 Si quis ex centum dolijs decem vendit indefinitē, & pereant omnia; pereunt & sua emptori: quod si maneant decem, erunt emptoris; sic si vendit de duobus vnum indefinitē, si pereat vnum, quod reliquum est, dabitur emptori. \*Vide Syl. l. c. Ang. eod. vers. n. 11.

28 Notarius faciens instrumentū vbi aliquis fraudatur citra dimidiū iusti pretij, non tenetur restituere; non enim dat damni causam.

\*Notarius usurarij contractus fictum conficiens instrumentum tenetur restituere. *Nauar. c. 17. num. 276.* non autem, si aperte usuræ labem describat. *Nau. ib. Tol. l. 5. c. 56. nu. 1. & c. 61. nu. 7. Vide Med. q. 4. de restit. usu. in fine, Sot. l. 6. q. 1. art. 4. in fine, D. Ant. 2. p. tit. 1. c. 9. §. 6.*

29 In venditione celebrata cum Ecclesia, sed per eius Procuratorem, non transfertur dominium ante traditionem, secundum quosdam: nec si executor testamenti vendat rem non præsentē pecunia, transfert dominium; quod.



quod eg intelligo in Foro exteriori.

30 Venditio cum conditione, ante eam impletam non obligat. \*Mol.d.337.nu.10.

## V E R B A.

1 **V**erbum iocosum dictum causa recreationis, non est peccatum. *Vide D.Thom. 2.d.40. q. 4.d.9.*

## V E R B E R A.

1 **V**erberare possunt parentes, domini, & pædagogi per se, vel per alium, & Religiosum incorrigibile Prælatus, etiam per alium Clericum, vel Monachum in necessitate. *Cap. In universitatibus, de sentent. excomm.*

\*Sot. lib. 5. art. 2. *Vide D.Thom. 2. 2. q. 68. art. 2. Val. t. 3. d. 5. q. 9. p. vii. Salon Arrag. 6.*

2 Prælatus potest etiam Sacerdotem verberare, & fortè etiam Præceptor, ut si sit talis alicubi consuetudo, & vir uxorem graui de causa.

\*Sot. l. c. col. 5. & vir; Sot. Salon, Arragon. loco cit. 3.

Si pater verberet ex odio, vel ex iracundia rationem regente mortiferè peccare potest. *Sot. l. c. col. 3.*

3 Episcopo non licet manibus suis verberare.

*Vestis, vide Sacra.*

1 **V**este religiosa maris, aut fœminæ vel sæcularem ludi causa, non est mortale.